



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

51. An qui v. g. per mensem singulis diebus habuit pœnitentiam audiendi Missam, teneatur diebus festivis duas Missas audire? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. res. 61.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

dem non esse. Probatur, cuiusque Sacramenti propriæ sunt partes: ergo & satisfactione non potest ergo una eademque pluribus Sacramentis aptari: danda est ergo toties penitentia, quoties à penitente Sacramentum penitentia iteratur. Et hanc sententiam videtur docere Suarez tom. 4. disp. 38. sect. 4. & clarius Reginaldus tom. 1. lib. 7. n. 12.

2. Verum negatiuum lementiam docet Bonacina tom. 1. disp. 5. q. 5. sect. 5. pueril. 2. num. 3. vbi ita asserit: Secundus casus, quando seruipulosis intra eandem horam frequenter accedit ad Confessarium, aliquid noui semper confitens: in qua casu Sacerdos potest injungere penitentiam iam alijs iniunctam: nam opus alijs debitum potest in Sacramentalem satisfactionem iniungi, ut inferius explicabo. Hic tamen casus non est propriè exceptio a regula generaliter radita de obligatione penitentiae iniungenda, cum aliqua penitentia imponatur. Ita ille. Cui etiam aude Henriquez lib. 5. c. 20. n. 6. quem sequitur nouissime Pater Lugo de Sacram. posuit. disp. 5. sect. 4. n. 50. Et ratio est, aut ipse, quia Bonifacius VIII. ut refertur Glossa Extrang. Antiquorum, de penit. & remissionib. reprehendebat Confessarios, qui anno Iubilei imponebant alias penitentias: ergo non curabat, quod Sacramento decesser illa pars integralis. Eodem modo si infirmo moribundo imponatur penitentia solùm implenda, si convaluerit, non videatur Sacerdos peccare mortaliter: & tamen tunc exponitur periculo evidenti Sacramentum ne compleatur: nam per penitentiam solùm imponit, & non exhibet, non completur Sacramentum: ergo deberet sub mortali imponere aliquam penitentiam propter integratem Sacramenti. Ratio denique a priori est: quia haec pars solùm requiritur ad integratem Sacramenti: eo modò, quo punitio requiritur ad complementum iudicij humani: hinc enim sit, quod sicut in iudicio humano non manet iudicium imperfectum ex defectu punitionis, quando reus non indicatur pena dignus; sic neque hoc iudicium, & Sacramentum manet imperfectum ex defectu satisfactionis & satisfactionis, quando penitentia non indicatur dignus pena. Ex hoc autem rursus sequitur, quod sicut in iudicio humano non peccat grauiter iudex non imponendo aliquam penitentiam leuis momenti, quia reus dignus: sic nec in hoc Sacramento iudex grauiter peccat non imponendo penitentiam leuem, quam posset imponere, nam per hoc non defert muneri suo in re graui; sed in complemento quodam leuis momenti, quod deficit Sacramento ob eius culpan. Huc usque Patris Bauny.

### RESOL. L.

*An quis possit unico actu pluribus preceptis & obligationibus satisfacere?*  
Et pro præs. huius questionis aliqui diuersi casus in textu huius Ref. adducuntur; & signanter quatuor curiosi casus inferuntur pro satisfactione sacramentali. Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. Ref. 36.

§. 1. R espondeo negatiue si obligations sunt iustitia, non enim potes pluribus unico actu satisfacere, secus autem si sine obligations diuersum virtutum, quia non implicat rem debitum uno titulo, alio diuerso debet; ex quo infertur quod si voleas restituere in Quadragesima, satisfacis & præcepto Ecclesiæ, & voto. Item si voleas restituere debitum, dare elemosynam indigentis, satisfacis unico actu duplice obligationi; sicut obligatus recitare Tom. I.

Officium diuinum ratione Ordinis sacri, & beneficij, utrique titulo satisfacit unica recitatione, vide Sanchez in funnialib. 1. c. 24. n. 5.

2. Sed difficultas est, quando de facto superueniens obligatio cadat super actum debitum, quando vero expostulerit alium? In quo casu certa regula definiti non potest, sed ex circumstatib. omnia colligenda sunt, quia hoc ex intentione, & voluntate legislatoris dependet. Regulariter tamen quoties distincta obligatio superuenit, distinctum actum expostular, & in calu dubio sic est interpretandum, vide Sanchez ubi supra, n. 6. & Suarez in 3. par. tom. 4. disp. 37. sect. 6. n. 5.

3. Ex quibus infertur primò, quod Confessarius sup. contecto imponens penitentiam censendus est ad actus, qui in hoc §. inf. alias obligatorij non sunt, obligare, nisi contrarium, in §. vlt. Ref. explicit. Ita Sanchez, & Suarez supra, quibus adde sup. in Ref. Aзориум tom. 1. lib. 1. c. 14. q. 1. Sayrum in clau Regia, lib. 6. c. 3. n. 2. Henriquez lib. 5. c. 19. n. 5. & alios. Limite tamen supradictum corollarium in calu quo Confessarius dicat, singulis diebus hoc mensi audias patrem in sua misericordia, & benigna interpretatione censeatur Missa debita ex præcepto diebus festini contentus esse. Ita Sanchez loc. cit. n. 6.

4. Secundò infertur, quod voleas dare elemosynam, non satisfacit voto, restituens debitum. Ita Sanchez ibidem.

5. Tertiò infertur, quem non satisfacere voto, vel penitentiae de danda elemosyna, si det fratribus, in Ref. 9. §. atis, & parentibus indigentibus taliter, ut teneatur illis subvenire. Secus autem alii consanguinei indigentibus, quia non tenet illis subvenire, vel alii non signanter pro confusione, & in Ref. 9. §. 37. signanter pro confusione, contentis in hoc

6. Quartò infertur, quod quis satisfacit voto, vel penitentiae dando elemosynam extremitate indigentibus, quia non est debita illa elemosyna ex præcepto misericordia absolute, sed in suppositione quod quis non possit alia via necessitatibus pauperis subvenire. Ita Henriquez lib. 5. cap. 21. n. 3. in glossa littera Q. Azor. simponatur, tom. 1. lib. 1. cap. 14. quæf. 1. Emmanuel Sa ver. fat. & supra in factio. num. 9. & alij, quidquid in contrarium afflatur Ref. 3. 8. vlt. Suarez tom. 4. n. 3. part. disp. 27. sect. 6. n. 5. Sayrus in ad medium clavi Regia, lib. 6. c. 3. n. 22. Paludanus in 4. art. 15. g. 1. art. 2. n. 8. & alij.

7. Sed quid dicendum, si actum facias, cui pluribus obligationibus signatarum tantum satisfacere potes, ut si, v. g. debes dare pauperibus centum ob iniuste ablatam, centum ex voto, centum ex penitentia: vide Sanchez ubi supra, n. 8. secundum alia procedam.

### RESOL. LI.

*An qui v. g. per mensum singulis diebus habuit penitentiam audiendi Missam, teneatur diebus festiū duas Missas audire?* Ex part. 5. tract. 14. & Miscell. 2. Ref. 6. 1.

§. 1. V idetur affirmatiue prima facie respondentem, quia diebus festiū talis tenetur audiire Sacrum ex præcepto Ecclesiæ, & ex præcepto Confessarij: ergo duas Missas tenetur audiire. Probo consequentiam, quia distincta obligatio distinctum actum requirit, & ideo si Confessarius pro penitentia imponeret ieiinia aliquo, quis non satisficeret ieuius ex præcepto Ecclesiæ, aut voto delectis ex illa regula, quod Confessarius imponens penitentiam censendus est ad actus, qui alias obligatorij non sunt, obligare, nisi contrarium explicit.

2. His tamen non obstantibus, si Confessarius dicat, §. 2. à lin. 3. Singulis

Sup. hoc in Ref. præterea ta. §. Ex quibus, per totū, & signanter, i veri, limita & iup. in Ref. 11. §. ultim. à principio, que ad medium, & leg. etiam infra in Ref. seq.

Singulis diebus hoc mense audias Missam, ex benigna interpretatione censetur Missa debita ex precepto diebus festiū contentus esse, neque enim cerēndus est obligare ad audiendum duplex Sacrum diebus festiū, quia est grau onus, quod non est credendum impoluīsse, nisi manifestet, ac proinde diebus festiū unico Sacro auditio satisfacies utrius oblationi. Et ita docet Mercerus de Sacrament. q.8.3. art.4. not. Caltrus Palau tom.1. tract.3. disp.1. punct.19. num.4. & Sanchez, quem ego adduxi in

Quæ hic est 3. part. tract.6. refol. 86.

Res. antecē-  
dens, & signa-  
ter in §. Ex  
quibus.

## RESOL. LII.

An si Confessarius, v. g. iniunxit duas Missas audi-  
re, satisfaciat pénitenti, si simul ex uno loco illas  
audiat à duobus Sacerdotibus? Ex part. 5. tract. 1. 4.  
& Mifc. 2. Ref. 71.

Sup. hoc in §. 1. **N** Egatiuam sententiam docet Turrianus in tom. 1. tr. 3. Ref. 26. pro-  
pe finem, & in Ref. 27. §. ne, vbi sic ait: Inferitur quid si aliqui imponatur à Confessario pénitentia audiendi duas Missas, non sa-  
vit, & in Re. tisfaciat pénitentis, si velit duas Missas simul tempore  
28. prope si audire à duobus Sacerdotibus, hoc enim esset con-  
tra intentionem Confessarij, qui communiter inten-  
dit in hac pénitentia imponere pénitenti onus au-  
prope finem, diendi duas Missas diuersis temporibus, quod satis  
à versi. Posse constat ex communī sensu Confessorum, & péniti-  
entium, & in tenuim. Ita ille, & nouissime Ioannes de Lugo de  
aliò versi. etiam anno.

2. Sed nisi aliud à Confessario iniunctum sit, vel  
declaratur, affi matiuam sententiam docet Merce-  
rus de Sacram. q.8.3. art.4. dub.4. vbi sic ait: No-

Sup. hoc sup. tandem eum satisfacere precepto, cui in satisfactio-  
ne iniunctum à Confessario fuerit die festo Mil-  
Ex quibus & san audiire, si vnicam audierit, nisi tamen secun-  
dum & legem signanter in secundum audiri Confessor expresse voluerit, quo cau-  
eriam aliam. eum, qui tenet duas Missas audire, potest simul  
Ref. & §. eius audire à duobus Sacerdotibus diuersis Altaribus. Ita  
anno.

ille, qui citat Maiorem in 4. dist. 12. q.8. cui ego  
addo Villalobos in summa, tom. 1. tract. 8. difficultat.  
35. num. 12. vbi sic aferit: Quando el Con-  
fessor mandò à uno en penitencia que oyesse dos  
Missas, dice Azor, que cumplira oyendo las ambas  
juntas, si comodamente lo puede hazer, de un mis-  
mo lugar, si el Confessor no declaro otra cosa. Esta  
sententia me parece probable. Ita & mihi, sicuti  
etiam & Molfesio in sum. tom. 1. tr. 3. c. 17. n. 36. illám-  
que, vt ego alibi notaui, præter Doctores citatos tenet  
etiam Hurtadus de Sacr. Mis. disp. 5. dist. 4.

Alibi in om-  
nibus Refol.  
not. prima  
huius Refol.

## RESOL. LIII.

Quis ex devotione recitabat singulis diebus Officium  
B. Virginis, qui postea habuit pénitentiam reci-  
tandi per annum singulis diebus teriam partem  
Corona eiusdem Beata Virginis, quæ fuit à me, an  
satisfaciat dicta pénitentia cum recitatione prædicti  
Officii?

Et quid, si pénitentia sit medicinalis, præservativa?  
Ex part. 3. tract. 4. Ref. 105. alias 106.

§. 1. **N** Egatiuam sententiam docent Lauorius tr.  
de indulgen. p. 2. c. 5. n. 49. Valentia 10. 4. di-  
sp. 7. q. 20. punct. 3. Reginaldus tom. 2. lib. 7. c. 11. n.  
125. Nauarrus de indulg. not. 31. n. 20. & Paludanus in  
4. dist. 1. 20. q. 4. art. 2.

2. Sed his non obstantibus, tunc supradicto con-  
sulenti ostendi Bonacinam de Sacr. disp. 3. q. 5. scilicet 3.

punct. 4. num. 8. vbi docet, obligationem pénitentiae  
cessare, non solum per indulgentias, verum etiam  
per remissionem poenitentia via obtentam, vt per alia  
pia opera satisfactoria propria sibi applicata; nam  
cædem rationes militant in indulgentiis, ac in aliis  
operibus pñ satisfactoriis. Ita Bonacina, quæ qui-  
dem opinio limitanda est, dummodo pénitentia  
non sit medicinalis, & præservativa, sed tantum fa-  
cilitatoria, ut erat pénitentia consulenta. Et ideo  
supradicta sententia probabilis tunc mihi, & aliis per  
consulentem consultis, visa est, sed non videatur  
a priori recedendum, cum non potest pénitenti con-  
statare an per illam recitationem satisfaciat pénitentia,  
quia opus in pénitentiam iniunctum habet virtutem  
satisfaciendi ex opere operato, qua caret illa Officij  
recitatio.

## RESOL. LIV.

Si quis habuit pénitentiam recitandi septem Psalmas  
per aliquas sextas Feria flexis genibus coram Cru-  
cifixo, queritur, an impluerit pénitentiam recitan-  
do dictos Psalmos aliquo alio tempore, & loco sine  
illis circumstantiis? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 55.

§. 1. **A**d hunc respondet Vega in summ. tom. 2. cap. 6. ca. 6. vbi sic afferit: Vn Confessor dio à un penitente en penitencia, que tan-  
tos viernes delante de vn Crucifixo rezasse de rodillas  
las los Psalmos penitenciales, el no los rezó de nu-  
dillas, ni el viernes, ni delante de vn Crucifixo, sino  
en otro tiempo, y lugar; queritur, an pénitentia  
satisficerit? Respondeo que aunque le fuera la  
mayor mivimiento el cumplirla, como le fue im-  
puesta, que con todo esto satisfizo. Lazaros, por  
que en la penitencia lo principal es cumplirla, y no  
la circunstancia del lugar, o tiempo en que se ha de  
cumplir, con lo qual se puede consolar a muchos.  
Ita Vega.

2. Sed quis potest dicere, quid recite septem  
Psalmos flexis genibus à pénitentibus, non est quid  
accidentale, sed substantiale, facilius enim aliqui re-  
citabant bis septem Psalmos, quām semel flexis geni-  
bus? Et Confessarij, qui talem iniungunt pénitentiam,  
semper intendunt, vt pénitentes sentiant illam  
corporis afflictionem, recitando flexis genibus, quæ  
quidem videtur res gravis. Ergo, &c.

## RESOL. LV.

Si quis fecit pénitentia imposta à Confessario abque  
intentione illam adimplendi, immo cum intentione con-  
traria, queritur, an teneatur illam denouo facere?  
Et inferitur, quid licet pénitens non recitetur peni-  
tentia imposta, adhuc satisfaciet ieiunando ex deu-  
tione.

Et quid, si aliqui Confessarij imposuerit pro pénitentia  
ieiunium, vel elemosynam disiunctum, & ipse dede-  
rit elemosynam cum intentione non adimplendi.  
pénitentia per illam, sed ieiunando postea, an possit ad-  
huc postea pénitens non ieiunare? Ex part. 6. tract. 6.  
& Mifc. 1. Refol. 43.

§. 1. **E**iunavit, v.g. quis, vel Rosarium B. Virginis tem-  
pore, recitauit ex devotione volens ieiunium & Ro-  
sarium pro pénitentia à Confessario imposta polca sel a  
adimplere. Quidam ait, an possit hoc non obstante nec  
ieiunare, nec Rosarium dicere? Et negatur responderi  
Vasquez opus. de Beneficiis. cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 7.  
n. 117. quia licet ad satisfaciendum præceptis & legi-  
bus sufficiat ponere opus præceptum, licet non adi-  
tio spacio